tubarum subuersa clangoribus; Ut iugu-
let adonibezech, ut habitet axa soror pul-
cherrime quondam consuram ciuitatis;
Fratres qui nobiscum in monasteriolo sunt te
salutant; Sanctos quinos diligere dignan-
tur pro te oppido salutamus

lxi

INCIPIT EPITAPHIUM
SCAE PAULAE A SCO HIE
RONIMO PRESBITERO
EDITUM

SI cuncta mei corporis
membra uerterentur
in linguas et omnes artus huma-
na uoce resonarent nihil dig-
num scae ac uenerabilis paulae
uirtutibus dicerem; Nobilis
genere sed multo nobilior scitate;
Potens quondam diuitiis sed
nunc xpi paupertate insignior;
Graccorum stirps suboles scipionum;
pauli heres cuius uocabulum trahit;
meciae papiriae matris africani
uera et germana progenies
Romae praetulit bethleem et au-
ro tecta fulgentia informis
luti uilitate mutauit;
Non meremus quod talem ami-
simus sed gratias agimus quod
habuimus immo habemus;
Deo enim uiuunt omnia et quid-
quid reuertitur ad dominum in fami-

liae numero conputatur, quamquam
a misso illius caelestis domus ha-
bitatio sit; quae quamdiu in corpo-
re fuit peregrinata est a domino et uoce
semper flebili querebatur dicens;
Heu mihi quia peregrinatio mea pro-
longata est habitaui cum habitantibus
cedar multum peregrinata est anima
mea; Nec mirum si plangebat se esse
uersari in tenebris hoc enim cedar inter-
pretatur; cum mundus in maligno positus
sit et sicut tenebrae illius ita et lumen
Luxque in tenebris luceat et tenebrae
eam non conprehenderunt; Unde et illud cre-
brius inferebat; Aduena sum et pe-
regrina sicut omnes patres mei; Et rursum
Cupio dissolui et esse cum xpo;
Quotiens autem in firmitate corpusculi
quam incredibili abstinentia et dupli-
catis contraxerat ieiuniis uexabatur
hoc in ore uoluebat; Subicio corpus
meum et in seruitutem redigo ne alius prae-
cans ipsa reproba inueniar; Et
bonum est uinum non bibere et carnem non
manducare; Et humiliaui in ieiunio
animam meam et totum lectum meum uer-
sasti in infirmitate mea; Et uersa
ta sum in miseria dum mihi configi-
tur spina; Atque inter dolorum aculeos
quos mira patientia sustinebat quasi
apertos sibi caelos aspiceret loquebatur
Quis dabit mihi pinnas sicut columbae
et uolabo et requiescam;

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0334